



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

19. An liceat Sacerdotem conducere, que[m] scimus improbè viuere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

periculum in se recipiendo, antequam dāna eiusmodi eueniant, & si non euenerint nō propterea teneri reddere aut quicquam diminuere, quia nimirum alterius causa reuera subiit periculum, et si nihil detrimēti illi euenerit.

Q V A E S T I O X I X.

*An liceat sacerdotem conducere, quem  
scimus improbe viuere.*

Quæstionis explicatio.

Etsi Sacramentorum virtus non pendeat à probitate ministrorum, neq; illorum, improbitas, si recipiens nullum obicem ponat, illi impedimentum præstet, non licet tamē regulariter vti improbo ministro, ne eius peccato coopéremur. Huius ergo occasione quæritur primo, quid si vir probus reperiri nequeat, sint autem improbae vitæ, qui operam suam offerunt, an licebit horum operam in huiusmodi necessitate conducere?

Responso.

Si Sacerdos (*a*) probus haberi nequeat, *et vestra, de cohab clericis, & mulieribus* licet in necessitate conducere Sacerdotem improbae vitæ, qui sacramenta ministret: quia petitur actio de se bona & laudabilis.

62 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
bilis, quam sacerdos ille, si vult, sine pec-  
cato præstare potest, obiectum enim ipsius  
ex se honestum est, & ad veritatem religio-  
nis pertinens: sicut licet petitur iuramen-  
tum à gentili, qui per falsos deos iuratus  
est, & mutuum ab eo, qui usurpas exacturus  
est.

Dico (*Si alius vitæ probata reperiri non pos-  
sit*) quia si quis comodè & sine magno de-  
trimento probum habere possit, debet  
illius opera vti, & auferre improbo occasi-  
onem ruinæ, hoc enim postulat ratio cha-  
ritatis: alias non obligatur cum tanto one-  
re, ad omittendum ea, quæ sibi ad salutem  
sunt necessaria & utilia.

Dices: Quid si improbus non offerat se,  
licebit nihilominus ad ministrandum con-  
ducere?

R. Licebit, quia, ut ante diximus, quod  
ab eo petitur bonum est, & adest iusta ne-  
a In 3. pa. D. cessitas, quæ excusat, ut scitè docet (a) Ca-  
Thom. q. 64. Mar. 35.  
b In 4. dist. 1. q. 5. art. 6. §. dum quis extremæ subest necessitatib[us], vnuſ-  
quarto licet. gistrum sententiarum: Et confirmatur, q[ua]d  
quisque si potest tenetur ei succurrere: ha-  
bet ergo in ea necessitate existens ius indu-  
cendi vnumquemque ad ministrandum si-  
bi sacramentum.

Dices: Inducere ad malum, de se ma-  
lum est:

**Q**um est: ergo nullo casu licet.

R<sup>2</sup>. Hoc non esse propriè inducere ad malum, sed inducere ad id, ad quod ius est petenti, quod quidem alter facere tenetur, atque adeo benefacere, quare si non vult se in gratiam Dei recipere, ut id faciat, sua culpa erit, ut patet ex generalibus principiis de scandalo,

### Q V Æ S T I O X X .

*An liceat etiam ebriosum conducere.*

Quæstionis explicatio.

**T**empore pestis solent ferè malefragi homines, ad ministranda sacramenta operam suam offerre, & inter' alios ebriosi, ideo forsan, quia cum vulgo putat, se timore per commissationes depulso, non facile corripiédos hoc morbo, quod timidis potissimum hoc accidere opinentur, de quorum stulta & impia opinione (*a*) Gabriel Biel meminit in quæstione illa docta & pia quam scripsit de fuga pestis. Horum occasione quæritur: an si alius reperiri non posse, liceat etiam huiusmodi ebriosi operam conducere, pro ministratione Sacramentorum?

*Responso,*

**S**I alius haberri non potest, licet, eadem ratio-

*a habetur in  
Ser. Dom. 4<sup>o</sup>  
post Pentec.*